# Inter eosdem Nobi-
# latio Paternita



Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capi-
tan[ealibus] Premyslien[sibus] Mag[nifi]cus Nicolaus a Zurow Danilowicz Pocillator Re-
gni Hrubieszowien[sis] Capitaneus ab una et Generosus Joannes Grabia par-
te ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districti-
bus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competenti-
bus recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premyslien[si] Iurisdi-
ctioni quo ad Actum hunc attinet se cum . uecontibus bonisq[ue] suis g[e]n[era]l[ite]r oblig[ando]
totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo palam libere publi-
ce ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo in-
teresse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri
cum posteris utriusq[ue] partis se ac suos succ[esso]res in et super bonis
suis g[e]n[era]l[ite]r omnibus summisq[ue] pecuniarijs quibusvis habitis et haben-
dis inscribunt et obligant praesentibus Contractum certum una cum para-
grapho inter se Recognitis ratione certarum rerum et conditionum in
eodem Contractu contentarum de actu et data illius hic Premysliae
die hesterna actum praesentem praecedente Nempe Nona Maij Anno
praesenti confectum conscriptum manibus iui Recognoscentium proprijs
ab utrinq[ue] subscriptum in omnibus et singulis contractibus eiusdem
conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexi-
bus g[e]n[era]l[ite]r universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter

observare

observuare omnibus et singulis illius contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere. Contractum praesentem ad inscriptionem praesentem Roborationam et Inscriptionem praesentem Roborationam ad Contractum Memoratum in toto vicissim referendo seque sub vadio summae Viginta Millium Florenorum polonicalium per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contractus memorati contentorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo pro quo quidem vadio modo promisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex contentis contractus Memorati non completa complenda citata ex tunc Memorata pars una promissa non tenens aut eius posteri ad instantiam Partis alterius promissa tenentis et complentis sive eius successorum ad Officium praesens Castren. Capitan. Premyslien. ex tunc recessu supradicto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate maiori Maiestatis successione legatione [illegible] extra Regnum [illegible] Militari ad Munimenta ad Exercitum vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra prius Officii praefati Castren. Capitan. Premysliensis terminos dilationem sibi non requirendo nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo omissaque omnia [illegible] simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus data [illegible] [illegible] Servi bello conventiones ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non adhibentibus nec modo alio quovis evadendo. Idque sua [illegible] personali recognitione praemissa extra mediante.